











N-239868

PETRI

# MARTINII

MORENTINI

NAVARRI GRAM-

MATICA HEBRÆA.

Recens ab auctore emendata & aucta.

*Monasterij S. Basilij Almut. conq. S. Mauri ord. S. Benedicti*

*Accessit hac editione τεχνολογία, qua rerum  
atque ordinis ratio redditur.*

ITEM

Grammatica Chaldæa quatenus ab Hebræa differt.



*Catalogo  
quo scripsit*

R VPELLÆ,

Ex Officina Hieronymi Haultini.

1590.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



PETRI

MARINI

MORINI

NAVARRI GRAM-

MATICA HEREA.

Recens ab auctore emendata & aucta.

Accessit hanc editionem repositio quae veritas  
atque ordinis ratio restituit.

1751

Grammatica Chaldaea quatenus ab Hebraea differit



RAVELLA

Ex Officina Hieronymi Hoesii

1751

CVM PRIVILEGIO REGIS.





PETRVS MAR-  
TINIIVS VERÆ SA-  
pientiæ studiosis.

S.

**S**APIENTIA, inquit  
Plato, si oculis corpo-  
ris cerni posset, mira-  
biles amores excitaret  
sui. Præclara sanè vox  
& tanto digna philosopho. Nihil enim  
sapientia pulchrius, nihil melius, nihil  
amabilius: sed ea ferè jacet, quòd men-  
tis oculis cernitur, quibus pauci præditi  
sunt, pleriq; autem ea tantùm cernunt,  
quæ ad corpus pertinent: itaq; hæc amant,  
iis solis delectantur. Atqui cùm in homi-  
ne nihil sit mente divinius, eaq; sit ex-  
pers interitûs, cùm cætera sint morti

A ij



*obnoxia: hæc certé erat in primis curanda, hæc unicé diligenda, quippe quæ id nobis præstet, ut immortales & Deo similes efficiamur. Nam corporis vita communis est nobis cum beluis: mentis vita eximia & præstans, atq; adeo divina est. Itaque huic præcipué vacādum, huic inserviendum, omniq; studio cōtendendum, ut in hac natura mortali immortalem vitam meditemur. Quæ porro est vita mētis? quod munus? quæ exercitationes? quibus rebus oblectatur & capitur, nisi studiis sapientiæ? Non enim suavis epulis, non ludo aut joco, aliisve voluptatibus, quibus corpus delectatur: sed virtutis studio, & rerum cognitione pulcherrimarum. Hæc autem est sapientia, verus animorum pastus, rerúmque domina, sicut ab optimo oratore dicitur, cujus possessio lōgè omnium præciosissima est. Itaq; summi philosophi vitam beatam in sapientia posuerūt. Quo-*



rum iudicium hætenus laudo, quòd rei in vita maxime summũ bonum tribuendum putaverunt: sed hoc reprehendo, quòd nemo eorum videtur ad veram sapiẽtiam respexisse, uno excepto Platone, qui eam posuit in Dei cognitione: ad quam si verũ cultum pietatemq; adjunxisset, nihil in eius sentẽtia requiri posse videretur. Nũc & huic philosopho & cæteris accidit id, quod ait Paulus, ut cùm Deum cognoverint, non tamen venerati sint tanquam Deũ: quo factum est, ut sapientiam, quã tanto studio sequebantur, minimè sint affecti, atq; ut Ixion nubem pro Iunone, ut est in fabulis, sic illi pro sapientia simulacrum amplexi sint. Etenim quidquid est humane sapientiæ, sine Dei reverentia, nihil est nisi falsa species sapientiæ, atque adeo vanitas vanitatum, ut verissimè dixit Ecclesiastes. Itaq; huic sapientiæ minuitur Dominus, ἀπολω̄ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν: idemq; vetat in ea gloriari, sed in



hoc potius, quod ipsum intelligimus & cognoscimus. Hæc igitur vera est sapiëntia, qua Deus verè intelligitur atque agnoscitur, qua qui præditi sunt, verè sunt beati. Agedū ecquis est ad rem tã præclarã aditus, ecqua ejus ineunda ratio & via? Divina oracula id uno verbo expediunt: Initium sapientiæ, timor Domini. Quare hac eundum est, hæc seu facilis, sive difficilis, tamen unica est ad sapientiam via: qui aliter sentiūt, hi verum sapientiæ iter prorsus ignorant. At qui verus Dei timor est, quem Deus ipse sua voce præscripsit: secus quicumque ab hominibus opinionis errore fingitur metus, nihil nisi vana superstitio est. Perspicuum est igitur, veram sapientiam divinis literis contineri. Tales autem sunt in primis Hebrææ literæ, quibus mandata sunt divina oracula, unde tanquã ex purissimis fontibus cælestis sapientiæ flumina emanarunt: ex quo etiam Hebræa lingua לשון הקודש lingua san-



Et ita jure optimo nominata est. Itaque  
 harum literarum studium debet nobis esse cha-  
 rissimum, ut dies noctesque divinam sapientiam  
 meditemur, ei nos totos tradamus, ex eaque  
 pedeamus. Hæc enim sola verè est id, quod  
 M. Tullius falso prædicat de humana sa-  
 pientia, vitæ dux, virtutis magistra, ex-  
 pultrix vitiorum, sine qua nil vita humana  
 esset, ex cujus præceptis unus dies actus,  
 peccanti immortalitati anteponendus sit.  
 Quocirca fatendum est, nisi planè ingra-  
 ti esse volumus, multum nos debere iis, qui  
 in harum literarum studio nobis præluxerunt,  
 quique ad id operam atque industriam suam  
 contulerunt. Quo in genere princeps, ex  
 iis quidem qui ad nos pervenerunt, Da-  
 vid Kimbuis fuit, homo Hebræus, suæque  
 adeo linguæ peritissimus: sed is τὸ ἰσοπικὸν  
 quod in observationis diligentia consi-  
 stit, accuratè persecutus est: τὸ τεχνικὸν,  
 quod in docendi via & ratione posi-  
 tum est, præstare ille quidem voluit,

A. iiij



sed quantum potuerit, alibi disceptabitur. Post hunc ceteri, partim velut interpretes ejus vestigia sunt secuti, partim de immensa ejus sylva, quantum cuiq; visum est, reciderunt: quorum omnium laborem & de posteritate bene merendi studium, pro eo ac debeo, laudo & amplector. Sed hi, dum illius redundantia offensi, brevitati student, multa omiserunt necessaria, quibus detractis ars manca efficitur. Hinc obscuritas, & ex obscuritate fastidium discendi id, in quo summum erat operæ pretium. Quæ quidem difficultas mihi quoq; in hæc studia ingredienti permolesta accidit: ut non mirarer ingenia multorum ex amœnissimis Græcæ & Latinae literaturæ campis egressa, nolle ad hæc studia divertere, ab iisque tanquam agrestibus & inhumanis abhorrere. Etenim mitto definitionum & partitionum pleraque lumina detracta, quibus intelligentiæ ferè claritatisque fons continetur: mitto species



*infinite disiectas absque suis generibus, ut quid quidque esset, quove pertineret, vix intelligi posset: mitto denique Grammaticam totam in una tantum parte, nempe Etymologia, constitutam: illud dico, specialium exemplorum varietates & anomalias per multas in istorum compendiaris artibus omittas esse, sine quibus constans & firmum preceptum videri nequeat: alia redundare, ut conjugationum pene tot exempla, quot verba: postremo quedam ad Syntaxin pertinentia, in Etymologia confundi. Sed in illo compendio modum singuli pro suo arbitrio sibi statuere, plus minusve amputantes: at ordinis & dispositionis, quod caput est, compendium nullum quaesiverunt: cumque artis materiem tot modis vexassent, mutilassentque, formam plane intactam reliquerunt, atque ita turbatam & confusam, ut in toto artis corpore nec caput, nec pedes apparerent. Verum haec alio loco nobis erunt diligentius & copio-*



*sius differēda. Hæc autē λογικά ἀμαρτήματα quæ modó attigi, si quis levia esse credit, parvique ducenda: sentiet experiendo quanta sint, ubi in eos forté scopulos inciderit: tandemque fatebitur, siquid in his studiis cōsecutus erit, se lectione atq; usu prius Hebraicé doctum, quàm istorū præceptis Grāmaticum fuisse. Scire, ait Aristoteles, est per causam cognoscere: causæ porró sunt in generibus, unde species manant: at Hebræi magistri prætermiſſis generibus specialia multa enumeravere, in iisque exponendis ac pertractandis omne suum studium atque operam consumpsere. Nihil igitur mirum si hujus linguæ studiosi, cū infinitum illud pelagus sibi objectum viderent, nec portum ubi conquiescerent, reperire possent,*

*Errabant acti fati maria omnia  
circum,*

*ut est apud Poëtam. Quapropter quemadmodum é portu solventibus (ut Ora-*



toris hac in re dictum usurpem) ii, qui jam in portum ex alto invehuntur, precipere summo studio solent, & tempestatum rationem, & prædonum, & locorum, quod natura affert, ut eis faveamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediuntur: sic ego, qui propè jam ex magna horum studiorum jactatione terram videbam, consulendum putavi iis, quibus eadem essent pericula subeunda. Itaque scripsi tum quædam, quæ in manus hominum pervenerunt, in quibus id operam dedi, ut ars sermonis Hebræi, non modò accuratior, sed nostris hominibus omnino commodior, & genere tractationis, quoad ejus fieri posset, facilis popularisq; exsisteret. Atque ut clarior & dilucidior esset, non truncam & mutilam, ut antea fuerat, sed partibus omnibus integram mihi proposui: definitiones & partitiones, quæ decrant, adjeci: literarum genera, & quasi familias



*distinxi, vocalibus etiam, sicuti naturæ ordo postulat, præpositis: quas non in solis punctis, sed in literis etiam juxta veterem scribendi consuetudinē posui, ut inde ratio simul utriusque lectionis, tum antiquæ sine punctis, tum recentioris hujus adhibitis punctis, teneretur. Eandē porro in syllabis diligentiam secutus sum: quem in locū duo illa, *çeva* & *dageç*, quæ antea temerè vagabantur, aggregavi, quippe quæ essent syllabæ adjunctæ, propriæq; affectiones, ac veluti appendices: & quidem de *çeva*, quanquam usitatum morem non ignorabam, veterem tamen, qualis adhuc Hieronymi ætate retinebatur, magis probavi. Accētus verò à pausis, quas appellant, sejunxi, quòd illi potius ad vocem, hæ ad sententiam atque orationis syntaxin spectarent. Iam in nomine declinationes ex numeri generisq; differētia, quoniam casus Hebræis, perinde ut nostris jam linguis, nulli essent, duas feci: contractum ta-*



*men tanquã casum quendam esse ostendi: in quo punctorũ illas scrupulosas & perplexas mutationes comprehendendi: siqua verò esset ex affixis Varietas, ad Syntaxin reservavi: deniq; ne singula persequar, in omni reliqua Etymologia nõ modò ea, quæ deerant, supplendo, sed distinctè bonòque ordine collocando, modis omnibus cõmodiorem illustrioremque artem efficere tẽtavi. Quid in Syntaxi? Pleriq; hanc Hebræis nullam esse falsò sibi persuaserant: alii esse quidem, sed artis expertem: itaque regulas quasdam velut extraordinarias absoluto opere adjecerãt. At nos, nisi fortè spe decipimur, Hebræam linguã ne hac quidem ex parte jejunam aut inelegantem esse demonstravimus. Ergo hæc adhuc operæ ac studii nostri in hac arte ratio & summa fuit. Quanquam autem τυποδός duntaxat eam descripseram, tamẽ primis illis lineamentis usque adeo pro sua bonitate favit Deus, ut fructus inde vberio-*



res exstiterint, quàm sperare ausus essem. Quod cùm & literis & sermonibus multorũ ex Anglia & Germania ad me perlatũ esset, qui me insuper rogabant, ut id opus recognoscerẽ, sumpsi denuo hunc laborẽ, & quò id fieret accuratiũs, Biblia tota à capite ad calcem perlegi, ut anomalias varietatẽsque omnes notareẽ, quibus ad præcepta additis, solida eorum necessariaque veritas constaret. Itaque pauca fore opinor, quæ observationem nostram fugerint. Addidi autem, quæ antea præterieram, vel strictim attigeram: quædam etiam meliora feci: omnium verò rationem, tum quæ ad præcepta, tum quæ ad ordinem spectant, separatim reddidi. Totius autem hujus laboris ac studii nostri fructum jure suo sibi vendicabunt ii, quorum caussa susceptus est, nempe veræ sapientiæ studiosi. Ejus enim elementa hisce literis ferè continentur: quarum institutionem ἀνεβέβηεν, nunc



tradere conati sumus. Itaque quibus prima illa superioris ὑποτυπώσεως lineamenta placuere, non dubito quin hæc, quæ nunc damus, grata sint futura. In primis verò hæc excipiet Cantabrigiensis Academia, lumen Angliæ, cum aliis nominibus mihi chara, tum quod Petrum Baronem habet Theologiæ professorem, mihi jam inde ab adolescētia conjunctissimum. Sed & Germaniæ scholas complures hæc ipsa probaturas spero, quippe quæ prima illa, ut dixi, tam cupidè arripuerint, ut mihi per literas significatum est. Quidquid erit (nam mihi neque gratia, neque gloria hic ulla quæritur) habebunt studiosi, quicumque erunt, viam munitam ad cælestem sapientiam: quod unum toto hoc opere secutus sum. Et quanquam interpellabar sæpius, cum assiduis occupationibus, tum morbi sævitia, in quem ætas hæc jam ingravescens incurrit, tamen mihi non pererci, dum opus inchoatum perpolirem,



& Christianis scholis pro mea parte ad-  
jumenti aliquid afferrem. Quod si mihi,  
ut spero, Dei concessu ac munere contige-  
rit, compensabo cum hoc solatio labores  
meos, quod ii non inutiles omnino exstite-  
rint, neque talentum quantulumcunque  
mihi á Domino creditum est, ociosum ha-  
buerim. Faxit autem idem Deus & Pa-  
ter Optimus Maximus, sine quo inane est  
quidquid molimur aut cogitamus, qui que  
unus omnium auctor est (siquidem is qui  
plantat, aut rigat, nihil est) ut hæc san-  
ctioris atque augustioris sapientiæ semi-  
na adolescant, fructusque ferant amplif-  
simos non solum cognitionis & scientiæ,  
sed justitiæ, patientiæ, temperantiæ, om-  
nisque adeo virtutis, ac denique ad Chri-  
stum, qui vera sapientia est, nos perdu-  
cant: cui cum Patre & Spiritu sancto sit  
honor & gloria in omne ævum. Rupellæ.





## G R A M M A T I

C Æ H E B R Æ Æ,

LIBER PRIMVS.

CAPUT I. *De Literis.*

**G**RAMMATICA est ars bene loquendi: ut Hebræis Hebraicé. Ejus partes duæ sunt, Etymologia & 5 Syntaxis. Etymologia est pars Græmaticæ, quæ præcipit de voce. Vox est nota, qua unumquodque vocatur. Vocis partes sunt litera, & syllaba. Litera est pars vocis, qua sonus 10 individuus exprimitur. Ea duplex est, vocalis aut consonans. Et literæ homogeneæ sæpe cōmutantur. Vo-

B



calis est litera, quæ per se sonum integrum potest efficere: estque brevis aut longa. Brevis est vocalis simplicis temporis: ea est quintuplex,

|                      |   |   |   |   |
|----------------------|---|---|---|---|
| <i>Pathah</i>        | א | α | ā | 5 |
| <i>Segol</i>         | ב | ε | ē |   |
| <i>Hiric parvum</i>  | ג | ι | ī |   |
| <i>Camets hatuph</i> | ד | ο | ō |   |
| <i>Qibbutz</i>       | ה | υ | ū |   |

*Longa est vocalis duplicis temporis: 10*  
estque item quintuplex,

|                     |   |   |   |    |
|---------------------|---|---|---|----|
| <i>Camets</i>       | ו | α | ā |    |
| <i>Tseri</i>        | ז | η | ē |    |
| <i>Hiric magnum</i> | ח | ι | ī |    |
| <i>Holem</i>        | ט | ω | ō | 15 |
| <i>Qurec</i>        | י | υ | ū |    |

Tres istæ literæ א ב ג olim fuere pro omnibus vocalibus, unde Hebræis matres lectionis appellantur: prima quippe fuit pro A, secūda pro E & I, tertia pro O & V. At eadem literæ tribus item consonis notādis



ferviebant, ut postea percipietur: qui  
 abusus hodie in Latinis literis est i &  
 u, veluti cūm scribimus feruus, conii-  
 cio, pro fervus, cōijcio. Quare ut tā-  
 5 ta confusio tolleretur, & vocales sin-  
 gulæ singulis distincte notis explica-  
 rētur, pūcta á Masoritis inventa sunt:  
 ut ex Elia intelligitur, annis á Christo  
 quadringentis & septuaginta sex. Ea  
 10 veró pūcta interdū sola absq; suis li-  
 teris ad scripturæ compendium, in-  
 terdum solæ tres literæ sine punctis  
 adhibentur. Attamen é vocalibus  
 brevibus tres ultimæ, hirc, camets  
 15 & qibbuts nunquam plenæ scribun-  
 tur: ex quo perspicitur differentia hi-  
 ric parvi á magno, quæ alioqui nulla  
 erit, dūtaxat in figura, si plené scribā-  
 tur. Ergo hæc vocalium veré distin-  
 20 ctéque descriptarū notatio est. Ca-  
 mets breve interdum nihil videtur  
 differre á camets longo: verúm di-



stinctio suis locis patebit.

Consona est litera, quæ tantum cum vocali sonum integrum potest efficere. Ea duplex est, semivocalis aut muta. Semivocalis est, quæ sonum per se tanquam vocalis dimidium efficit: estque acuta vel obtusa. Acuta dentibus lingua pulsatis effertur, & est quadruplex:

|               |   |   |   |    |
|---------------|---|---|---|----|
| <i>Samech</i> | ם | σ | ς | 10 |
| <i>Çin</i>    | צ |   | ξ |    |
| <i>Reç</i>    | ך | ρ | ρ |    |
| <i>Lamed</i>  | ל | λ | λ |    |

ψ propriè sonat pinguius & crassius quàm ם, ut Francis vulgò ch, cum dicunt iter, rem, *chemin*, *chose*: nos in hujus literæ sono interpretando, cum Latinus & Græcus character deesset, novum, sed Francis jam elegantioribus usurpatum adhibuimus. Interdum sumitur pro ם, & notatur sinistro puncto sic, ψ. Porro



hujus tantulæ rei ignoratio magnæ  
 cædis causam præbuit, cum pro-  
 pterea perierint uno tēpore Ephra-  
 teorum duo & quadraginta mi-  
 5 lia, ut est Iudic. 12.

*Obtusa labiis profertur, item  
 quadruplex.*

Mem ם ך ם ן

Nun ן ן ן ן

10 Van ן ן

Iod ן ן

Hic vides ן & ן in consonis nume-  
 rari: quæ vocales antea fuere. Hanc  
 confusionem Hebræi viderunt: quã  
 15 cum vitare studerēt, sine punctis ge-  
 minam literam scribebant, vau qui-  
 dem initio ac medio dictionis: ut ןןן  
 vai, væ, ןןן javan, Græcia: jod autem  
 in medio duntaxat, ut ןןןן hajah. In  
 20 fine neutra geminatur, est enim vo-  
 calis: itaque cum vocali præcedente  
 facit diphthongum, ut post intellige-

B iij



tur, solétque ante vau poni  $\aleph$ , ut  
 $\aleph$   $\text{הדיא}$  hadiu,  $\aleph$   $\text{וואו}$  vau: &  $\aleph$   $\text{ווי}$  pro  $\aleph$ ,  $\aleph$   $\text{ווי}$   
 vau: ex quo perspicitur dicendū esse  
 vau, non vaf.

Consona muta est, quæ sola cona- 5  
 tum quendam duntaxat mutit: ést-  
 que tenuis vel aspirata. Tenuis leni-  
 ter mutit: éstque aperta aut clausa.  
 Aperta fit labris apertis: ea dentium  
 est aut palati. Dentium triplex est, 10

*Teth*             $\text{ט}$          $\text{ט}$         *t*

*Tau*              $\text{ת}$          $\text{ט}$         *t*

*Daleth*         $\text{ד}$          $\text{ד}$         *d*

$\text{ט}$  hodie profertur ut  $\text{ט}$  Græcum:  
 at nomen ipsum literæ magis spe- 15  
 ctat ad  $\theta$ , sicuti sequens ad  $\tau$   $\text{ταυ}$ : & cer-  
 té simplicis soni simplex character  
 esse debuit, Græci tamen utrunque  
 eodem sono exprimunt, ut Origenes  
 in hexaplis  $\text{בטו}$   $\beta\epsilon\tau\acute{o}\upsilon$ , & Septuagin- 20  
 ta,  $\text{פולטיימ}$   $\phi\upsilon\lambda\iota\sigma\tau\epsilon\iota\mu$ . Porro ex his li-  
 teris & samech duo literarum com-



pendia extitére,

*Tfadi*      ט      ז

*Zain*                      ז      ז      ז

ז literæ proprietatem & fonū Latinus sermo non exprimit, ait Hieronymus Isaię undecimo. Est enim stridulus, & strictis dentibus vix linguæ impressione profertur. Hæc ille: unde intelligimus fonum hujus literæ  
 10 esse tanquam *t* malé pronuntiati: ut cū ratio vulgo dicitur *ratfio*. *t* autē est pro *ds*, ut Zabulon, Ezra, pro *Dsa-*  
*bulon*, *Edfra*, vulgo *Esdras*.

*Palati est item triplex,*

15 *Coph*                      פ                      ק

*Caph*      כ      כ      כ

*Gimel*                      ג      ג      ג

Duæ primæ literæ fonum eundē hodie faciunt, ut antea *ו* & *א*: olim  
 20 tamen dissimilem fecére, ut plerisque Grammaticis placet.

Muta clausa fit labiis compressis,

B    iij



estque duplex,

*Beth*

ב

β γ b

*Pe*

פ

ϕ

π

p

Characteres extra ordinem ad-  
jecti extremis tantum vocibus ser-  
viunt, & finales ideo appellantur.

Aspirata spirat è gutture. Ea lenis  
est aut densa. Lenis mollius spirat,  
estque duplex,

*Aleph*

א

ʾ

10

*He*

ה

ħ

h

Prima aspiratio lenissima est, at-  
que ipsa ferè oris apertione efficitur:  
sed ei nomen & character idem tri-  
buitur, qui fuit olim primæ vocalis, 15  
ut initio meminimus. Quod ideò ve-  
teres fecisse arbitror, quòd illa oris  
apertio, de qua dixi, primæ vocalis  
præcipuè comes esset: itaque Latini  
è nuda vocalium pronuntiatione le- 20  
nem spiritum intelligunt. Ergo me-  
minerimus lenem aspirationem in



prima vocali confusam esse, in cæte-  
 ris distingui: ut אִישׁ, אֵיכָה, אָדָם, אֹר,  
 אֹרֶּה : הֵּ proximum lenitatis locum  
 tenet, Latinóque *h* respondet: ut הֵן  
 5 hen. אֵהוּי frequenter commutantur.  
 Porró é mutis sex tenues aspirationē  
 istam interdum accipiunt, & tum sic  
 notantur.

*Th* ת *Gh* ג

10 *Dh* ד *Bh* ב

*Ch* כ *Ph* פ

Hieronimus in undecimum ca-  
 put Danielis scribit, nullam fuisse  
 Hebræis literam, quæ Latino *P* re-  
 15 sponderet: unde suspicari licet has  
 sex mutas olim semper fuisse aspira-  
 tas. At hodie tum demum aspiran-  
 tur, cùm medio puncto vacant: ut  
 רוּת Ruth, אֵלִיפָז Eliphaz.

20 Porró hæ literæ tenues sunt ini-  
 tio dictionis: ut תָּמִיד דְּבַר כָּף גַּר בִּירָה  
 פָּה. Excipe si vocalis aut lenis aspira-



rio antecesserit. Ps. 31. נָא כִּי כָּלֹ בִּיגֹן. *nā*  
 defecit præ dolore. Ps. 5. אָבוֹא בֵּיתְךָ. *ā*  
 veniam domū tuam. Isa. 10. וּפְּוֹצָה פֶּה. *ū*  
 & aperiens os.

Densa aspiratio crassior est, item 5  
 duplex:

*Cheth*

ח

*Ain*

ע

ח spiritu in cælum palati illiso fa-  
 cit *h* duplex: Græci cū melius non 10  
 possent, per χ expresserunt: ut חַ  
 χαι, חַרן, χαεµ. Reliqua aspiratio so-  
 num habet difficillimū, & aure ma-  
 gis quā oculo percipi potest: ut  
 hodie tamen profertur, sonum ostē- 15  
 dit tanquam ex N & G conflatum,  
 qualis videlicet esse possit in Γα, cū  
 dicimus φόρµιΓα. Ideo hæc litera va-  
 rié á Græcis expressa est: interdum  
 per γ, ut עֲמֻרָה גֹמוֹרָא: aliás per ן, ut 20  
 הוֹשַׁע־נָא ὠσαννά: utraque autem sæ-  
 pe est omissa, ut חַנּוּךְ, חַנּוּךְ, בָּעַל, Βάαλ.



Porró literarum vulgó alia descriptio est, indéque numeri notantur hoc modo:

|    |               |     |   |   |
|----|---------------|-----|---|---|
|    | <i>Aleph</i>  | 1   | א | א |
| 5  | <i>Beth</i>   | 2   | ב | ב |
|    | <i>Gimel</i>  | 3   | ג | ג |
|    | <i>Daleth</i> | 4   | ד | ד |
|    | <i>He</i>     | 5   | ה | ה |
|    | <i>Vau</i>    | 6   | ו | ו |
| 10 | <i>Zain</i>   | 7   | ז | ז |
|    | <i>Cheth</i>  | 8   | ח | ח |
|    | <i>Teth</i>   | 9   | ט | ט |
|    | <i>Iod</i>    | 10  | י | י |
|    | <i>Caph</i>   | 20  | כ | כ |
| 15 | <i>Lamed</i>  | 30  | ל | ל |
|    | <i>Mem</i>    | 40  | מ | מ |
|    | <i>Nun</i>    | 50  | נ | נ |
|    | <i>Samec</i>  | 60  | ס | ס |
|    | <i>Ain</i>    | 70  | ע | ע |
| 20 | <i>Phe</i>    | 80  | פ | פ |
|    | <i>Tfadi</i>  | 90  | צ | צ |
|    | <i>Coph</i>   | 100 | ק | ק |



Reç 200 7 7

Çin 300 2 5

Thau 400 7 7

Hebræi pro ה quindecim ponunt  
ו novem & sex, ne nomen Dei lite- 5  
ris illis significatum, ut quidem ipsis  
placet, profanetur. Centenarios reli-  
quos vel additione suppleant, vel fi-  
nalibus literis: millenarios veró sic,  
א, ב, ג, vel א, ב, ג, &c. 10

## CAPUT II.

### *De Syllaba, ubi de Çeva & Dageç.*

**S**YLLABA est pars vocis, qua so-  
nus integer comprehenditur: est 15  
que literæ unius aut plurium. Sylla-  
ba unius literæ est, ut vocalis quæli-  
bet. Syllaba plurium literarum est, in  
qua plures literæ coagmentantur, &  
quidem dextræ sinistris priores. At 20  
que interdum duæ vocales, interdum  
duæ consonæ in unam syllabam ag-



gregantur : prioris generis syllaba  
diphthongus appellatur : estque tri-  
plex: Prima, ubi præest א, ut

Sinai סיני } ai } אי

5 Esau עשו } au } או

Secunda ubi præest י, ut

Cisleu כסליו } eu } יו

Ziu זיו } iu } יו

Tertia, ubi præest ו, ut

10 Goi גוי } oi } וי

Talui תלוי } ui } וי

Post diphthogum tenues raro as-  
pirantur: ut Isa. i. גוי heu gentem.

Syllaba reliqua binas tantum cō-

15 sonas utrinque cōplecti potest: qua-  
rum conjunctionis symbolum ap-  
pellatur Çeva, & duobus subjectis  
punctis ita notatur (:)

20 Quin & י vo-  
calis in diphthongo sæpe hoc vincu-  
lo conjungitur: ut לילה nox. Çeva  
initio simplex est, ut בכור bchor. Ita-  
que si duplex Çeva initio occurrit,



prioris loco erit hiric : ut דְּבָרַי pro  
 דְּבָרַי:vel pathah aut segol, præcipué  
 sub cōsonis gutturis, ut עֲבָדוּ אֶפְקֹד.  
 Tollitur etiam sequens Çeva in י, ut  
 Is. 10. בִּיקֹדַד sicut ustio. Ge. 35. וַיְהוּדָה 5  
 & Iuda, pro בִּיקֹדַד וַיְהוּדָה. At Da. 12.  
 מִישְׁנֵי de dormientibus. 2. Paral. 20.  
 מִירְשָׁתְךָ de hæreditate tua. In fine  
 autem syllabę duplex esse potest pro  
 numero consonantium: ut קִשְׁטֹת ro  
 veritas. Sed in extrema dictione ra-  
 ró exprimitur: ut דְּבָרַי סֵפֶר. Excipe si  
 dictio terminetur ך, ut דְּרַךְ incessit:  
 vel duabus consonis, ut יוֹסֵף addet.

Cōsonæ gutturis, ut facilius pro- 15  
 nuncientur, assumunt ad Çeva unam  
 de tribus his vocalibus, pathah, ca-  
 mets, segol, tum autem vocales istæ  
 appellātur raptæ, hatephpathah, ha-  
 tephcamets, hatephsegol: ut יֹאסֵף, 20  
 אֶהְרֵן, גַּעְמִי. At interdum secus est. E-  
 xod. 20. תִּהְמֵד concupisces. Iud. 16.



תֵּאֲרָגוּ texes. יֵאָרְבוּ infidiati sunt: nam  
 vocales raptæ amittunt Çeva, sequē-  
 te altero. Reliquis consonis idem in-  
 terdū accidit, ut Iob 33. מֹלְטִי  
 5 litur.

ה & ע in fine dictionis pro Çeva  
 habēt pathah, sed post ipsum pathah  
 pronuntiantur: ut רוּחַ ruah, יוֹדֵעַ  
 jodea. Et potest fieri contractio: ut  
 10 יוֹדָע jodá. ה punctum híc interdum  
 assumit, & vim habet densæ aspira-  
 tionis: ut נִגְהָ splenduit. Itaque se-  
 quens tenuis non aspiratur. Gen. 6.  
 בְּצִדָּה תְּשִׂים in latere ejus pones.

15 Çeva vocalem antecedentē cor-  
 ripit: ideo camets ante Çeua breve  
 est: ut חֹכְמָה hochmach. Tenues au-  
 tem consonæ post Çeva hujusmodi  
 raró aspirantur: ut אִשְׁתּוֹ, תּוֹכּוֹר, içto  
 20 tizcor. At Gen. 2. לְעִבְדָּהּ ad colendū  
 eum. 2. Sam. 22. כַּנְפֵי אֵלֶּךָ, via. 1.  
 Reg. 10. מֶלְכֵי reges. Iob 28. רִיבֵי,



כָּלֵבִי canes. Et 36. הַנִּפְּיִי hypocritæ.  
Atque hæc de Çeva.

Consonæ tamen similes ad scri-  
pturæ compendium sæpius in unam  
confunduntur, licet voce separen- 5  
tur: hujus autem confusionis symbo-  
lum appellatur Dageç: punctum  
nempe litera inclusum: ut לָמָּה lam-  
mah. Consonæ gutturis, item ר, non  
recipiunt Dageç: ideo vocalis eas 10  
præcedens producitur: ut עָרִיץ ro-  
bustus, בִּיאָר declaravit, בֵּרַךְ benedi-  
xit, pro עָרִיץ בִּיאָר בֵּרַךְ. Interdum ר ha-  
bet Dageç. Ezech. 16. שֶׁרֶךְ præ-  
cisus est umbilicus tuus. At contra 15  
longa vocalis in brevem cominuta-  
tur sequente Dageç: ut אֲדָמִים ruffi,  
תַּתִּים perficies, pro אֲדָוִמִים תַּתִּים:  
etsi interdum secus reperies, ut Par.  
17. הַגְּדוּלָּה magnificentia. Hinc ca- 20  
mets ante dageç breve est, ut רָנִי rō-  
ni, exulta. Interdum dageç Çeva sub-  
jecto



jecto tollitur. Job 37. יִשְׂרָאֵל dirigit  
illud. Item 40. יִשְׂאֵל afferent, pro  
יִשְׂרָאֵל & יִשְׂאֵל. Quód si çeva sit cum  
dageç, poterit sequens tenuis aspi-  
5 rari: ut פִּקְדוֹ verberarunt.

## CAPUT III.

*De Accentu & Notatione.*

**E**RGO hæc de partibus vocis: cō-  
10 **E**munes affectiones sunt accētus  
& notatio. Accentus est, vocis quidã  
quasi cantus. Est autem natura uni-  
cus acutus in qualibet voce, & ita  
notatur' si opus est. Huic tamen in-  
15 terdum alius præest adventitius, qui  
Metheg appellatur, id est retinaculũ,  
quód vocem eo loco nonnihil sus-  
pensam teneat: ut פִּקְדוֹם visitantes.

Porró híc accentus vocalem pro-  
20 ducit: hinc camets cum accentu,  
quicquid postea sequatur, longum  
est: ut חַכְמָה hachmah, לַמָּה lammah.

C



Œeva post accentum simplex esse potest sub gutturali: ut יִדְעָנוּ novimus.

Notatio est, qua vocis origo exquiritur: eaque est in specie aut figura: species est, qua quæritur utrum 5 vox prima sit an flexa. Prima est vox primùm nata; ea Græcis *ῥίζα*, hinc שִׁרָשׁ radix appellatur, quòd inde ceteræ oriantur: & tribus plenis literis notatur, ut אֶרֶץ terra, פָּעַל fecit: ratio 10 admodum quatuor aut quinque.

Flexa est vox orta de prima. Flexio verò efficitur adjectione septem literarum יהאמנתו quæ vulgò Hexamanticæ dicuntur, & ad sola nomina 15 pertinere putantur: at si res accuratè consideretur, in qualibet omnino flexione usum earum communem deprehendemus: ut מִפְּקִיד recēfens, נִפְקַד visitatus est, תְּכִלִּית perfectio, 20 יִלְקוּט pera, אִזְכָּרָה monumentum, הִפְקִיד recēfuit, quod postea é singu-



lis flexionibus plenius intelligetur. Porro hæ literæ ante gutturales, earum vocales raptas imitantur : ut מַעֲבִיד faciēs fervire , נֶאֱסַף collectus est . Eadē literæ præter וּ, præpositæ cuilibet voci incipienti á literis נ vel ו affectis צֵוָא, sæpius eas commutant : נ quidem in dageç, ut מִתֵּן pro מִנְתֵּן donum , נִגְשׁ pro נִגְשָׁה accessit : וּ autem in וּ ut מוֹשִׁיעַ pro מוֹשִׁיעַ־וּ fervans , נוֹשֵׁב pro נוֹשֵׁב־וּ habitatus est . Interdum secus reperies , ut Prov. 3. וַיִּשָׂר diriget . Et 4. וַיִּשְׂיֲרוּ dirigant . Osee 4. אֵיִסִירֵם castigabo eos . Attamē si media litera fuerit צ, sæpius fit cōmutatio in dageç : ut מִצֵּב pro מִצֵּב־וּ statio , הִצִּיב pro הִצִּיב־וּ , at מִצָּה pro מִצָּה־וּ contentio . Atque etiam ex iis literis tres interdum sunt paragogicæ וֵאָה , ut לִילָה , אָבוֹא , רַבָּתִי : etiam nonnunquam : ut בֶּן־וּ pro בֶּן־וּ filius , Numer. 24 .



Figura est, qua quæritur sitne vox simplex an composita: Simplex est in alias voces individua, ut פֶּקֶד. Composita, quæ in simplices dividitur, ut אֲבִרְהָם. Compositio interdum voces cōtrahit: ut אֲשַׁרְלִי pro שְׁלִי quod est mihi.

## CAPUT IIII.

*De vocis generibus.*

10

**E**XPOSITAE sunt communes vocis affectiones: genera sequuntur. Vox est numeri, aut sine numero. Vox numeri, quæ numerum adsignificat: éstque singularis aut pluralis. Singularis, quæ numerum singularem adsignificat: ut דִּבְרָךְ verbum, פֶּקֶד visitavit. Pluralis, quæ pluralem: ut דְּבָרִים verba, פֶּקְדוּ visitarunt. Vox numeri est etiam generis. Genus est, differentia vocis secundum sexum: éstque simplex aut conjun-



Etum. Simplex est unius sexus: idque masculinum aut foemininū. Masculinum, quod mari tribuitur: foemininum, quod foeminæ: fitque á masculino, addito ה: ut טוב bonus, טובה bona: בן intellexit vir, בת intellexit foemina. Coniunctum genus est cōmune utrique sexui: ut אנכי ego, פקדו visitarunt. Eadem rursus est finita aut infinita: Finita, quæ numerū & genus certis finibus variat: ut איש vir, פקד visitavit. Infinita, quæ non variat: ut אשר qui vel quæ, פקוד visitare. Vox numeri est Nomen aut  
 10  
 15 Verbum.

## CAP. V. De Nomine.

**N**OMEN, est vox numeri cum solo genere. Numerus dualis in nomine dividitur á plurali, cum res geminæ significantur. Genus autem foemininū tribuitur sæpius no-



minibus geminorum membrorum,  
 ut **יָד**, **רֶגֶל** manus, pes. Foeminina itē  
 sunt nomina urbium, ut **יְרוּשָׁלַיִם** Je-  
 rusalem, Pſal. 122. Et regionum, ut  
**אֶדוֹם** Edom, **שֵׁעִיר** Seir, Numer. 24. 5  
 Et ventorum, ut **תֵּימָן**, **צָפוֹן** Aquilo,  
 Auster, Cant. 4. Quædam etiam sunt  
 promiscua, qualia feré sunt nomina  
 animalium, ut **בְּהֵמָה עוֹף צֶאֱן**,  
 animal, avis, pecus, asinus, ovis: ad 10  
 genus autem discernendum appo-  
 nuntur hæc nomina **זָכָר**, **נְקֵבָה** mas,  
 foemina. Lev. 4. **שֵׁעִיר עֲזִים זָכָר** hircū  
 caprarū marē. Item, **שֵׁעִירַת עֲזִים**,  
 hircum caprarum foeminam. 15

## CAPUT VI.

*De prima Declinatione.*

**F**LEXIO nominis declinatio di-  
 citur: cujus anomalia communis 20  
 est ex detractiōne, primūm camets  
 penultimi: ut **גָּדוֹל גְּדוּלָּה** magnus,



magni, גדולה גדולות magna, magnæ:  
deinde tseri ultimi, ubi nullum ca-  
mets præcesserit : ut פוקד פוקדים  
פוקדה פוקדות visitans visitantes.

5 Declinatio duplex est: Prima ma-  
sculinorum, quæ pluralem á singula-  
ri flectit in ים, ut

S. טור P. טורים

*Ordo, ordines.* Sic etiã cū camets penul-  
10 timo nomina, ut ערוץ fortis, ערוצים  
fortes, פרש eques, פרשים equites,  
quæ sunt ex affectis dageç: at מרג tribulum,  
מרגים. Item desinentia in ה,  
sed contracta ultima : ut קצה finis,

15 קצים fines, קנה canna, קנים cannæ.

Sic item cum tseri ultimo quælibet  
monosyllaba, præter בן בנים. Quæ-  
dam declinantur, ut קן nidus, קנים.

Sic פת clypeus, פתים clypei, מגן  
20 stum, פתים frustra, סף postis, ספים &

ספות. Finita & sæpius ultimam con-  
trahunt: ut יהודי Iudæus, יהודים pro



At שקווי po-  
 tus, etiam שקוים Pſal. 102. גדי hoc-  
 dus, etiam גדיים hoedi, חלי ornamentum,  
 חלי ornamenta, ægritudo,  
 חלי & חליים egritudines, צבי ca- 5  
 preolus, צבאים & צבאים,  
 פתים & פתים credulus,  
 שפיים & שפיים excelsum,  
 עדיים ornamentum, at עדיים  
 Ezech. 16. בלים vas, Est etiam 10  
 pro ימים: ut ימים. Quin & sublato  
 ימים, pluralis numerus formatur, ut  
 חורים pro חורים & חורים  
 fenestræ: at ידים ma-  
 nus Ezech. 13. חשופים, Jer. 22. 15

Dualis flectitur in ימים, ut ידים  
 manus, ambæ manus: at hæc inæqua-  
 liter formantur, pes, רגלים,  
 cornu, קרניים & קרניים,  
 maxilla, להיים, maxilla, להיים,  
 auris, אונן, genua, ברבאים,  
 aures.



Contractio numeri hic est veluti casus quidam: Pluralis fit in י.. sublato ם, ut א טוּרִים fit טוּרֵי: Sic dualis ut שְׁנַיִם שְׁנֵי duo, שְׁתַּיִם שְׁתֵּי duæ. Et interdum manet ם, ut Genes. 25. שְׁנַיִם עָשָׂר duodecim. Singularis rarior est: atque hic camets ultimum fit pathah, ut דְּבַר דְּבַר verbum: at תְּהִלָּה תְּהִלָּה vanitas, תֵּלֵב תֵּלֵב lac. Item תְּפִלָּה תְּפִלָּה fenex: sic monosyllabum קֵן קֵן nidus, בֵּן בֵּן filius, & בֵּן בֵּן: in cæteris manet tseri: at in plurali עֵצִים עֵצִים ligna, כֵּלִים כֵּלִים vasa. Finita ה.. mutantur in ה.., ut מִקְנֵה מִקְנֵה pecus, שֵׁה שֵׁה ovis, sic רֵעָה רֵעָה pascens, קָנָה קָנָה possidens, & similia: at פֶּה פֶּה os, אָבִי אָבִי pater, אָחִי אָחִי frater, אָבִי אָבִי focer, חָם חָם & חָם חָם, אָבִי אָבִי frater.

*Anomalia numeri.* Hæc pluralem aliter inflectunt, אָחִי אָחִי frater, אָחִי אָחִי fratres, דָּוִד דָּוִד canistrum, דָּוִד דָּוִד canistra, יוֹם יוֹם dies, יוֹם יוֹם dies, לֵבִיא לֵבִיא leo,







na, ישע falus, ישעים falutes, נער puer  
 נערים pueri: sic denique חטא pecca-  
 tum, חטאים peccata, נרד nardus,  
 נרדים nardi: at צאל & צאלר arbor,  
 5 פלגשים, פלגש pellex, פלגשים  
 pellices. Holem duntaxat corripitur:  
 ut קדשים sanctitas, sanctitates:  
 quamquam hic interdum est camets  
 longum, ut Ezech. 36. כצאן קדשים  
 10 sicut oves sanctificationum: at בקר  
 bos, בקרים boves, בשם aroma,  
 בשמים aromata, חיותים munitio,  
 חיותים munitiones, רמת hasta, רמת  
 genista, רתמים genistæ. Pa-  
 15 thath & hirc redeunt in tseri: ut  
 בית olea, oleæ. Excipe בית do-  
 mus, בתים domus, תיל robur, תילים  
 robora, תיש afellus, תישים afelli,  
 תישים hirci. Camets & vau  
 20 in holem: ut מות מותים mors, mor-  
 tes.

*Contractio numeri. Nomina plu-*



rali inflexa per camets, contractio-  
 nem pluralis secundariam admittūt:  
 דְּבָרִי דְּבָרִים דְּבָרִי שֶׁכֶּר שֶׁכָּרוֹם ut  
 דְּבָרִי שֶׁכֶּרִי pro שֶׁכֶּרִי בְּגַד בְּגָדִים כְּגָדִי  
 5 מַעְיָנִים מַעְיָנוֹ, fons, מַעְיָן sic etiam בְּגָדִי  
 מַעְלָלִים מַעְלָלוֹ, opus, מַעְלָלִי, fontes,  
 גַּהֲלִים גַּהֲלוֹ, carbo, גַּהֲלִי, opera,  
 Excipe affecta dageç: ut עֲקָרִי fundamen-  
 tum, עֲקָרִים עֲקָרִי, fundamenta, גַּנָּב fur,  
 10 מִזְרָשׁ מִזְרָשִׁ, & sine dageç, גַּנְבִּים גַּנְבִּי  
 מִזְרָשִׁים מִזְרָשִׁי, Manet híc  
 quoque camets hatuph: ut קִדְשִׁים  
 אֹהֲלִים, אֹהֶל, קִדְשֵׁי, sic, אֹהֲלוֹת  
 תַּאֲרִים, תַּאֲרֵי, tabernacula, אֹהֲלוֹת  
 15 תַּאֲרֵי, ubi prius camets natura breve  
 est, licet á multis já producat. Eodē  
 pertinet polysyllaba inflexa per tferi:  
 זְקַנִּי pro זְקַנִּים זְקַנִּי, senex, זְקַן  
 20 olea, זַיִת, ut, זַיִתִּים זַיִתִּי. Singularis item contractio  
 tollit tferi ante camets: ut שֶׁכֶּרִי  
 pathah & hirc contrahit in tferi: ut



בית בית: camets & vau in holem, ut  
 מות מות. Excipe שוא vanitas. Duo  
 nomina טוב bonum, & חור foramē,  
 hic faciunt טוב & חור.

5 Numero altero carentia: plurali,  
 בטה fiducia, גול rapina, דיו atramen-  
 tum, הרבה multitudo, חום calor, חרף  
 autumnus, צדק oppressio, עשק  
 iustitia, קיץ æstas, שאר caro, תבל  
 orbis, 10 תהו confusio. Singulari autem,  
 בתולים panni, בלואים & בלואים  
 fenectus, זקנים & זקנים,  
 חמנים vita, תוים species, זנים  
 תחלואים & מחלואים, scopæ יעים,  
 15 אגריטודינעס, מלואים consecratio,  
 חמנים vices, מעים viscera, מתים  
 נעורים pueritia, נחורים nares,  
 פנים facies: unū  
 20 חור beatitudines.  
 Numeralia nomina á tribus ad  
 decem habent utrumque numerum,



fed varia significatione: Singularia enim unitates, pluralia denarios significant: ut שלש tria, שלשים triginta, ארבע quatuor, ארבעים quadraginta: at עשר decem, עשרים 5 viginti. Singularia quæ dualem habent á natura, carent plurali: ut יד ידים, רגל רגלים, χείρ χεῖρε, πούς πόδες: quæ veró ab arte, pluralē habent: ut אלה אלפים, כפר כפרים, 10 χλιας χιλιάδες, χιλιάδες, τάλαντον τάλαντα. Quædam tantum sunt dualia: ut אבנים fella, מימי & מימי aquæ, שמים molæ, צהרים meridies, שמים 15 coelum.

*Anomalia generis.* Nomina numeri singularia á tribus ad decem, sunt foeminina: ut שלש, ארבע, & cætera: pluralia sunt communia, ut שלשים, עשרים: Foeminina etiam 20 sunt, אבן lapis, אם mater, באר puteus, דרך via, זרוע brachium, גל gla-



dius, בּוֹס, humerus, כְּתֵף, buccina, יוֹבֵל,  
 calix, sine singulari נְשִׁים, mulieres,  
 קֶרֶן, ictus, פַּעַם, civitas, עִיר, nubes,  
 עָב, cornu. Cōmunia, אֲרֹן, ar-  
 5 ca, אֵשׁ, ignis, גֶּפֶן, vitis, וְקַן, barba, בְּנֵי,  
 ala, מִקּוֹם, castra, מַחֲנֶה, clypeus, מִגֵּן,  
 locus, שֶׁמֶשׁ, caro, שָׂרָר, anima, נֶפֶשׁ,  
 sol, תְּהוֹם, abyf-  
 fus, תְּהוֹם.

10

## CAPUT VII.

*De secunda declinatione.*

SECVNDA declinatio est foemi-  
 ninorum, quæ pluralem á singu-  
 15 lari inflectit in וֹת, & duos habet fi-  
 nes.

Primus finis est in הָ, & plurali  
 mutatur in וֹת: ut

S. נְגִינָה. P. נְגִינֹת.

20 *Canticum, cantica.* Manet hic por-  
 ró camets penultimum in plurali ab-  
 soluto: ut צְדָקָה צְדָקוֹת, justitia, justi-



tia, justitiæ. Sic שְׂמֵלוֹת vestis, שְׂמֵלוֹת vestes, שְׂכֵנוֹת cubiculū, שְׂכֵנוֹת cubicula, שְׂקֵנוֹת vallis, שְׂקֵנוֹת valles, עֲבָרוֹת ira, עֲבָרוֹת iræ, אֲמָרוֹת dictum, אֲמָרוֹת dicta, חֲלָקוֹת pars, חֲלָקוֹת partes, דְּמַעֲוֹת lacryma, דְּמַעֲוֹת lacrymæ: at בִּירָה palatium, בִּירָנוֹת palatia, בָּוה habitaculū, מְנָה pars, מְנָה vel נְאוֹת habitacula, מְנָה vel נְאוֹת habitacula. E masculinis penacutis fiunt hic nomina, ut á 10 כְּשֵׁב בְּשֵׁבָה כְּשֵׁבוֹרָה rex, מַלְכָּה, &c. item é masculinis in יוּ. fiunt nomina in יָה: ut á נְכַרְיָי peregrinus, נְכַרְיָי peregrina, & cætera ejusmodi. 15

Dualis masculinum dualem imitatur, sed hic pro ה est ת: ut שְׂפָה labrū שְׂפָתַי. at מֵאָה centum, מֵאָתַי ducenta, מֵאָה fatum, מֵאָתַי.

Contractio numeri hic feré est 20 singularis, & in fine camets corripitur, ut antea, sed ה mutatur in ת  
ut



ut נְגִינָה נְגִינָה. Hinc nomen penacutum accedente ה paragogico : ut יְשׁוּעָה salus. Psal. 104. הִיִּתְּוֹ pro הִיִּתְּוֹ, fera. Attamen camets penultimum in utriusq; numeri contractione tollitur : ut צְדָקָה צְדָקָה צְדָקוֹת צְדָקוֹת transferi etiam interdū, ut תּוֹעֵבָה תּוֹעֵבָה תּוֹעֵבוֹת תּוֹעֵבוֹת abominatio, תּוֹעֵבוֹת תּוֹעֵבוֹת תּוֹעֵבוֹת abominations. Sic נְבִלָה נְבִלָה נְבִילוֹת נְבִילוֹת cadaver, בְּהֵמָה בְּהֵמָה בְּהֵמוֹת בְּהֵמוֹת bestia, plurali בְּהֵמוֹת bestia, sic שְׂדֵמָה שְׂדֵמָה שְׂדֵמוֹת שְׂדֵמוֹת bestia, sic שְׂדֵמָה שְׂדֵמָה שְׂדֵמוֹת שְׂדֵמוֹת ager : unum hic assumit contractionem masculinam, בְּמַתִּי excelsa : at קֶמֶת קֶמֶת קֶמֶת, & cætera generis ejusdem cum camets penultimo.

*Anomalia numeri.* Plurali carent nomina numeri : ut שְׁלֹשָׁה אַרְבָּעָה & cætera : Singulari טוֹהוֹת טוֹהוֹת renes, item duale שְׁתֵּי, contracté שְׁתֵּי, & שְׁתֵּי עֶשְׂרִים עֶשְׂרִים מֵצִבָּה. Exo. 24. שְׁתֵּי, & duodecim titulos. Et מִסְכָּנוֹת thesauri.

D



*Anomalia generis*. Nomina numeri híc sunt masculina: ut שלשון, פחה פחה & ארבעה. Masculinum est & פחות פחות, plurali פחות פחות. Quædam plurali sunt masculina: ut אימה ter- 5  
ror, אימים terrores, sic אלה quercus, דבורה camelus, דבורה apis, דבורה mas-  
sa caricarum, תה תה triticum, תה תה te-  
nebre, יונה columba, יענה ulula, יענים  
ululæ, 10 נמלה, sermo, מלה, later, לבנה, ululæ,  
שטה, linū, פשתה, fatum, סאה, formica,  
שערה, hordeum, תאונה, men-  
dadium, תאנה, ficus, תולעה, vermis,  
תולעים, manipulus, אלמה, at  
15 תולעים, manipuli, אלמות & אלמים,  
לucus, אערבוס, פנה, angulus,  
תמרה, שיקמורוס, שנה, annus,  
תמרה, fycomorus, שנה, annus,  
palma.

Secundus finis est in ת: huc per-  
tinent primó nomina acuta, quæ 20  
pluralem flectunt in יות: ut גפריות  
sulphur, גפריות sulphura, מלכות re-



gnū, מַלְכוּת, E masculinis in י, fiunt  
híc nomina adiecto ת: ut gentilia,  
מצְרַיִם Ægyptia, יהוּדִים Iudæa. Item  
numeralia: ut שלִישִׁית, tertia,  
5 רְבִיעִית, quarta, &c. At monosyllaba in ית plu-  
ralem utrumque admittunt, & qui-  
dem utroque genere: ut שְׁבוּיִת, ca-  
ptivitas, שְׁבוּיִתִּים שְׁבוּיִת שְׁבוּיִתוֹת, sic  
nonnulla in ות, ut זְנוּת & זְנוֹת, stu-  
10 prum, שְׁבוּיִת, captivitas, תְּרַבּוּת, multi-  
tudo. At nomen אֹת pro signo facit  
אותות, pro litera אֹתוֹת. Quædam  
pauló secus declinantur: ut אָחוֹת so-  
ror, אָחוֹרוֹת, sorores, אֲשָׁפוֹת, stercus,  
15 אֲשָׁפוֹת, stercora, גָּת, torcular, גָּתוֹת,  
torcularia, חַטָּאת, peccatum, חַטָּאוֹת,  
peccata, חַמּוֹת, focrus, חַמּוֹת, focrus,  
חַמּוֹת, plenitudo, חַמּוֹת, plenitudines,  
חַמּוֹת, munus, חַמּוֹת. Secundo huc  
20 pertinent penacuta, quæ etiã pluralē  
inflectunt per camets: ut קֶשֶׁת, arcus,  
בְּתָרוֹת, albor, בְּתָרוֹת, &c. sic קֶשֶׁתוֹת,



